



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Ir[a]e alienae remedia sunt tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

Secundum est, quia misericordiam  
**Pro. 12** fugat. Prou. Ira misericordiam non  
 habet, &c. Tertium est, quia posses-  
**Ecc. 21** siones minuit. Ecclesiasticus obiurga-  
 tio, & iniuria annullabunt substan-  
 tiam. Quartum est quia omnia mala  
**Grego.** introducit. Vnde Gregorius. Omni-  
**Pro. 29** um uitiorum ianua est iracundia. Pro.  
 29. Qui ad uindicandum est facilis  
**Glossa.** ad peccandū erit pronus. Vnde Glos-  
 sa super illud, Vir iracundus, dicit. Ie-  
 nuza omnium uitiorum est iracundia  
 qua clausa, uirtutibus intrinsecus de-  
 tur quies, aperta uero ad omne fac-  
 nus armabitur animus.

*Ira alienæ remedia sunt tria.*

**Pro. 15** **P**rimum est, mollis respōsio. Pro.  
**Pro. 15** Respōsio mollis frangit irā. Ir-  
 iratus est uelut olla bulliēs. Vnde  
 de Pro. Os stultorū ebullit stultitiā.  
**Ecc. 18** Ideo aqua frigida, sicut mollis re-  
 sponsio, superfundenda est. Eccle-  
 sticus. Non ne ardorem refrigera-  
 ros, sic uerbum bonum, &c. Dulce  
 nanque uerbum est sicut ros refrig-  
 rans iram. Secundum est, silentium.  
 Nam cum defecerint ligna, extingui-  
 tur ignis, uelut ligna sunt uerba que  
 respondentur iracundo. unde ignis

II  
 iræ nutr-  
 tiges cu-  
 struas li-  
 Quamu-  
 crimine-  
 mula, q-  
 est exer-  
 dzorum  
 Ifydoru-  
 tiam, &  
 bis nanc-  
 spuis d-  
 damnat

Ira

**P**R  
 F  
 &  
 est, ut p-  
 tata ue-  
 Qui im-  
 iras. P-  
 &c. Se-  
 nā ord-  
 nā pot-  
 ordina-  
 habere  
 set; &  
 que D

iræ nutritur. Vnde Ecclesiæ. Non li- **Eccl. 8.**  
 tiges cum homine linguato, & non  
 struas ligna in igne eius. Et Isydorus; **Isyd.**  
 Quamuis quisque iritet, quamuis  
 criminetur, tu sile, tu tace, tu dissi-  
 mula, quia tacendo uincis. Tertium  
 est exemplum Christi, qui iram iu-  
 dxorum patienter tolerauit. Vnde  
 Isydorus. Disce à Christo toleran- **Isyd.**  
 tiam, & non dolebis iniurias, pro no-  
 bis nanque passus est, flagellis cæsus,  
 sputis derisus, clauis confixus, cruce  
 damnatus semper conticuit.

*Iræ propriæ remedia sunt  
 tria.*

**P**rimum est silentium. **Prou. 12. Pro, 12.**  
 Fatuus statim indicat iram suã,  
 &c. Vnde Glossa, natura iræ  
 est, ut prolata, magis ferueat, occul-  
 tata uero languescat. Vnde **Prou. Pro, 27.**  
 Qui imponit stulto silentium mitigat  
 iras. **Psal. Psal, 38**  
 Posui ori meo custodiam,  
 &c. Secundum est consideratio diui-  
 næ ordinationis. Nullum malum pœ-  
 næ potest inferri nobis, nisi diuina  
 ordinatione. Nullū aduersariū homo  
 haberet, nisi Deus potestatem dedis-  
 set; & uniuersa quæ illi accidunt, abs-  
 que Dei uoluntate non ueniunt, ait